



Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensi[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Nonus Antistes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

das Februar. Floruit sub Apostolicis viris Hostiensi, Ioanne primo, & felice quarto Imperatore, b^o Anastasio, Iustino sene, & Iustiniano magno.

C Septimus Antistes.

Q uirilus Comitis Namurcensis filius ex filia regis Dionati e Decano Traiectensi, in Episcopum sublimatus est, anno salutis quingentesimo. 25. & religionem quae sensim intercederat, prædicatione sua recuperavit. Præfuit annis duobus, sepultus in æde Seruatiana, pridie Calendas Mayas. Floruit sub Apostolico Bonifacio secundo imperatore, Iustino sene & Iustiniano magno.

C Octauus Antistes.

E vcherius filius Comitis Hostiensis ex filia Comitis Namurcensis vir spectatè mode stia & preco mirificus, cathedra cōscendit anno salutis quingentesimo. 27. Præfuit annis. 3. sepultus in æde Seruatiana decimo Calendas Marias Floruit sub Apostolicis viris Ioanne secundo & Agapito primo imperatore Iustiniano magno.

C Nonus Antistes.

F alco frater Eucherij germanus, eidē sufficit annos est anno salutis quingentesimo. 36. Præfuit annis tribus sepultus in æde Seruatiana Floruit sub Apostolico Agapito primo, Imperatore Iustiniano. Quo tempore in Gallias quidam nunc in Arduenæ sylvas, nunc alio vagabundus & lignar-

Hec

cedes, tam opere a muscis infestat⁹ est: ut biennio
amis permaneret. Qui ad se reuersus sub religio
nis habitu pseudo prophetā occulit, primo ma
gū, mox desuper infirmos sanitates perficiens,
Christū se dicebat, cultūq; ab omnibus exigebat
Nolentes se adorare cū populo qui ei plurimus
adherebat: hostiliter inuasit. Verum a fidelī quo
piam post occisus est: & ita sequaces dispersi

Decimus Antistes.

EVcharius homo auitē nobilitatis ac solidē
perfectionis Antistes creatus ē anno salutis
quingētesimo. 49. Per pauca de eo, quem
admodū de præcedētibus narrat historiæ, forte
scriptorū incuria, quibus debem⁹ q; præclara ge
nita multorū ad nos nō peruerenterint. Præfuit anno
nis sex. Floruit sub Apostolicis viris Agapito
primo, Syluio secundo & Vigilio, Imperatore Iu
stiniano

Undecimus Antistes,

l. Bauariæ.

DOmician⁹ Bauariæ ducis filius ex filia du
cis Arduennæ Pontificio clarus habitus
est. Qui a puero virtutum semper & lite
rarum amore accessus: utrumq; sui specimen non
ignobile perhibuit. Nam prædicatione & mi
raculis conspicuus, a regibus colebatur, &
vulgo etiam voluptati fuit. Hildebertus enim
Galliarum rex, in cōcessu Aurelianēsi grauibus
edictis, prædia, castella, arces, domicilia, eidem
restitui mandauit: quæcumque Episcoporum

*— folio
10 —*